

819 maggio, Rialto

Su richiesta di Iohannes, abate del monastero di San Servolo, Agnellus e Iustinianus <Particiaci>, duchi della provincia di Venezia, insieme a Fortunatus <II>, patriarca di Grado e Aquileia, a Christoforus, vescovo di Olivolo/Castello, e a tutti i popoli di Venezia, concedono la cappella del Beato Ilario, sita presso il fiume Una su un terreno di loro proprietà, affinché lui e la sua congregazione vi fondino un monastero di regola benedettina. Per la salvezza dell'anima i duchi concedono in uso perpetuo ai monaci detta cappella, stabilendo che essa e tutti i suoi territori e pertinenze siano liberi da qualsiasi pubblica prestazione di modo che nessun gastaldo o messo del palazzo ducale possa richiedere angarie o esigere doni. Essi vietano inoltre ai patriarchi di Grado e ai vescovi di Olivolo/Castello di obbligare i monaci a prendere parte al concilio, e ribadiscono che non sia lecito esigere nessuna angaria, né pranzi né doni, così che essi possano vivere liberi da ogni molestia e da controversie secondo la regola.

Copia semplice cartacea del XIV secolo, da copia semplice giudiziale del 1254 novembre 20, da copia autentica del 908 da originale in papiro in Venezia, Archivio di Stato, San Gregorio, busta 8, Liber sextus, carte 10r-11r [D].

CE I.44

Edizione: Lanfranchi-Strina 1965.

In nomine domini nostri Yhesus Christi. Mense madii, indicione duodecima, Rivoalto.¹ Sanctarum ecclesiarum semper vigili cura oportet satagere maxime illic quorum potestas eminet de omnibus est providere consultum. Quoniam quidem Iohannes venerabilis abbas monasterii Sancti Servoli² Dei caterna sui cenobii postulavit nostra suffragia eo quod in loco angusto constituti et infra paludes manentes Deo Christo [deser]virent possessionibus carentes unde victui necessaria subministrarent, postulantes ut ob Christi et Sanctorum amorem eiusdem subsidium et iuvamen de hoc impertiremur. Atque ideo nos quidem Agnellus et Iustinianus per divinam gratiam Venecie provincie duces³ una cum reverentissimo domno Fortunato sancte Gradensis que et Acquilegiensis ecclesie patriarcha⁴ seu Christoforo venerabili episcopo sancte Olivolensis ecclesie⁵ atque universis Venecie populis habitantibus plebe Christo dilecta eiusque precioso sanguine acquisita. Quapropter nos pro divino amore ac nostre anime sive parentorum nostrorum salute pari ac salubri consilio tractantes, cogitantes cogitavimus qualiter idem Dei servus Iohannes nomine presbiter et monachus atque abbate cum se coniunctis fratribus de predicta ecclesia Beati Christi Martiris Servoli transferentes quo loco transmutari deberemus vel quo ordine vivendi pacifice perpetualiter ponere posseremus, ad nostram devenit memoriam ut capellam condam in honore Beati Yllarii Confessoris Christi super flumine qui dicitur Une ad iura proprietatis nostre cum suo territorio constructam sibi concedentes quiete vivere possent tramite eo ordine quo decet beati Benedicti regule.⁶ Ita tamen, ut ipsa supradicta ecclesia Beati Christi Martiris Servoli in sua ac suorum successorum perpetualiter retineant potestate et custodia suosque monachos sive clericos ibi constituent a diurnum sive nocturnum peragendum officium et quicquid ad suorum usum neccesse habuerit ipsis vel successoribus eorum eis subministrent ipsis eis perpetualiter respondeant. Concessa igitur predicta capella Beati Yllarii Confessoris Christi cum suis territoriis, finibus ac terminibus, cum omnibus appendenciis vel adiacentiis suis, quod est super totum circumdatis lateribus. Id est a flumine qui dicitur Clarino percurrente usque in canale qui dicitur Gambararia et inde in fossa qui dicitur Ruga ac deinde in canale de Luva percurrente in Seuco et usque in palutibus aquis salsis. Similiter a predicto flumine Clarino descendente a locum ubi dicitur Aurilia⁷ et Finalibus descendente per canale qui dicitur Avisia perexiente in supradicto flumine Hune ac deinde percurrente usque in

pallutibus similiter tribus millibus aquis salsis.⁸ Hec autem nostra crevit voluntas per remedium anime nostre ac parentum nostrorum salute ut predictam capellam Beati Yllarii Confessoris Christi cum suis supradictis territoriis, terminibus perpetualiter maneant ad usum et substentationem monachorum qui nunc modo in presenti vel in posterum profuturis temporibus perpetualiter ordinandi sunt et sub illorum vel desucessorum illorum in perpetuum maneat potestate ordinandi et disponendi absque omni nostram vel heredum nostrorum contrarietate aliqua. Et placuit nobis et omnis potentatus nostris fidelibus ut omnis pertinencias eorum in finibus nostris consistentibus sit quieta et libera ab omni factione publica tam de nostris molenariis quam de piscatoribus sive colonis ubique resedentibus, ita ut nullus de publicis nostris gastaldis⁹ vel aliquid de nostro palatio missis supradictis vestris audeat inquietare vel molestare aut in angaria mittere aut exenia aliqua ab eis exigere, set absque omni molestia nobis servire concedat. Iterum ergo placuit nobis interdicere nostre Gradensis sedis patriarchis sive nostris Rivoaltensis sedis episcopis ut nulum nobis invite ad concilium trahere audeant nec ullam angariam vel prandia aut exenia a nobis requirere liceat aliqua, set absque omni molestia vel quesiciones liceat vos regulari lege utere. Contradicimus illis ut de omnibus que sub vestris fuerit potestatem regiminis monachum aut clericum aut confamiliarem, quem vos nutrire nisi fueritis, suscipere vel defendere non presumant. Unde et adiuramur et obtestamur per terribilem nomen Dei omnipotentis omnes successores nostros ut quod pro amore celestis Patris et exemplum boni operis et augmentum sancte congregationis devota mente concessimus nullus unquam audeat violare. Et qui contempsserit et contra hec privilegie seriem ambulare voluerit, primitus in Dei omnipotentis iram incidat et a congregatione Sanctorum separari valeat et cum Iuda traditore domini nostri Yhesu Christi et lepram Naam Siri incurat super eum portionem suam ponat et voluntatem suam nunquam adimpleat. Quem vero privilegii textum scribere precepimus Dimittrium tribunum¹⁰ notarium nostre capelle primicerium ubi et manus nostras subter affirmavimus in mense et indicione suprascripta feliciter. + Fortunatus misericordia Dei patriarcha in hac privilegii carta sicut superius legitur manu mea subscripsi. + Agnellus dux in hac privilegii carta sicut superius legitur manu mea subscripsi. + Iustinianus dux Veneciarum in hac privilegii carta sicut superius legitur manu mea subscripsi. + Christoforus Dei gratia episcopus in hac privilegii carta manu mea subscripsi. + Petrus peccator presbiter serviens monasterii Beati Georgii in hac privilegii carta manu mea subscripsi.¹¹ + Iohannaci tribunus in hac privilegii carta manu mea subscripsi. + Valentinus in hac privilegii carta manu mea subscripsi. + Leonianus Talonicus in hac privilegii carta manu mea subscripsi. + Savinus Talonicus in hac privilegii carta manu mea subscripsi. + Stephanus Talonicus in hac privilegii carta manu mea subscripsi. + Bonus Clentusius in hac privilegii carta manu mea subscripsi. + Agnellus Clentusius in hac privilegii carta manu mea subscripsi. + Georgius Catuni in hac privilegii manu mea subscripsi. Iste est exempla de tummo vetere. Ego Petrus subdiaconus atque notarius exemplavi in anno incarnationis domini nostri Yhesu Christi nongentesimo octavo, nec ampliavi nec minui Deo solo teste.

NOTE STORICHE

¹ Il documento è datato solo con il mese e l'indizione. L'assenza di qualsiasi riferimento agli anni dell'imperatore regnante a Costantinopoli è, secondo gli storici, una omissione consapevole, imputabile alla difficile situazione politica in cui il ducato di Venezia si trovava in quel periodo, essendo da poco uscito dal conflitto che aveva visto contrapporsi l'impero d'Occidente e quello d'Oriente proprio per il controllo della zona lagunare. Per un quadro di insieme ORTALLI 1980, pp. 375-382.

² Sulla storia dell'isola di San Servolo si veda VANZAN MARCHINI 2004.

³ Sui duchi Agnello (811-827) e Giustiniano (827-829) Particiaci si veda BERTO 2014, pp. 318-321. Sull'età dei Particiaci si veda ORTALLI 1992, pp. 732-736. Il duca Giustiniano nell'829 agosto 31 redige il proprio testamento (documento Venezia 4). L'istituto della coregenza, introdotto con il duca Maurizio Galbaio (764-787), sarà vietato nel 1032, quando il sistema di successione al ducato verrà riformato. Per questo RAVEGNANI 2013, p. 21.

⁴ Su Fortunato II si veda documento Venezia 3 e bibliografia alla nota 1. Secondo alcuni studiosi la doppia intitolazione di Fortunato II, qui detto patriarca di Grado e Aquileia, sarebbe una successiva interpolazione (RANDO 1997, p. 237). Su tutta la complessa vicenda dell'origine del patriarcato di Grado e del conflitto con Aquileia si veda RANDO 1994, pp. 13-20.

⁵ Sebbene i cataloghi vescovili ottocenteschi identifichino questo Cristoforo con il greco Cristoforo Damiata (797-810), è più probabile che egli sia in verità un altro individuo, ovvero Cristoforo II. Su di lui si veda BERTO 2014, p. 450 e documento Venezia 3 testo in corrispondenza della nota 2.

⁶ Il sito della cappella e futuro monastero è stato identificato presso la località di Dogaletto nel comune di Mira in provincia di Venezia. Per i ritrovamenti archeologici effettuati nell'area sin dal XVIII secolo e per le recenti indagini di superficie condotte dall'università di Venezia si veda CALAON-FERRI 2008 e CALAON-FERRI-BAGATO 2009. Sant'Ilario è una delle più antiche istituzioni monastiche del ducato veneziano. Si vedano SPINELLI 1987 e POZZA 1998. Nella documentazione notarile anteriore all'anno mille il monastero compare nell'atto dell'829 agosto 31, dove risulta beneficiario di beni nell'antico territorio di Treviso (Venezia 4), e nell'atto 853 febbraio, dove risulta beneficiario di una certa quantità di spezie (Venezia 5).

⁷ Attuale comune di Oriago in provincia di Venezia.

⁸ Il monastero sorgeva su un'isola fluviale o dosso attribuibile all'antico corso del fiume Brenta e già esistente in epoca romana. Sulla idrografia della zona si veda da ultimo SIMONETTI 2009, pp. 50-56. Assai dibattuta fra gli storici è la questione della pertinenza politica e istituzionale del sito di Sant'Ilario, ovvero della collocazione dei territori del monastero all'interno del ducato o all'esterno di esso nell'ambito del regno italico. La storiografia veneziana tende ad attribuire ai possedimenti di Sant'Ilario il valore di area di confine interna a Venezia. Si veda LANFRANCHI-ZILLE 1958, pp. 31-32.

⁹ I gastaldi erano ufficiali pubblici periferici con compiti di natura fiscale. L'ufficio gastaldale di tradizione longobarda riflette una certa similarità, negli sviluppi politico-istituzionali, del ducato venetico con il regno italico. Nella stessa direzione vanno l'affermazione dell'istituto del placito e la comparsa al suo interno dei giudici. Sui gastaldi si vedano documenti Venezia 21 nota 7 e Venezia 36 nota 6. Sull'istituto del placito si veda documento Venezia 7 e bibliografia alle note 3 e 9. Si noti che gli ufficiali del palazzo non possono esigere alcuna prestazione, tra gli altri, dai pescatori. Sulla attività di pesca in laguna si veda documento Venezia 30.

¹⁰ I tribuni furono ufficiali pubblici bizantini a livello locale. In quest'epoca essi avevano probabilmente già perso ogni prerogativa istituzionale per mantenere solo un certo prestigio e rilievo sociale derivati dal possesso di proprietà e terre. Si veda CASTAGNETTI 1992a, pp. 66-89. Nella documentazione scritta i tribuni non lasciano traccia dopo il secolo IX, a indicare la loro scomparsa politica e sociale e in parte anche biologica. Si veda BERTO 2014, pp. 379-380. Personaggi che detengono questo titolo compaiono nei documenti Venezia 4, 5, 6 e 7. Tribuni sono attestati inoltre anche in Istria. Si veda documento Veneto 1 nota 26 e documento Venezia 11 nota 9.

¹¹ Il monastero di San Giorgio qui citato è da identificarsi con San Giorgio del Pineto, distrutto dagli Ungari e riedificato nel 1025. Si veda SPINELLI 1987, p. 156. Più difficile è che si tratti di San Giorgio di Fossone o ancora di San Giorgio Maggiore. Su quest'ultimo monastero si veda l'atto di fondazione del 982 dicembre 20, Venezia 25 e note corrispondenti.